Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

non licuit multo minus Comiti in Imperij
Iudicium eidem decreto parere et in per-
sonali obligatione Ipsertim in Comitatu Im-
perij contracta Bauaria Duci se subijcere.

Simili modo respondemus ad 12. rationem,
non n. satis tuta e, quanto occurrit de-
fectus Iurisdictionis, et executio fit à
statu contra statum et prorsus nulla
proportio e inter contemnationem et ex-
ecutionem.

Non multum quoq facit quod affertur
pro 13. ratione facile n. concedimus status
non potuisse ex non arrestum arrestum
facere, quia non fecerunt quod ante erat,
Imo graui et prudenti admodum Consilio
latentem fallaciam recessus Landts-
hutani detexerunt et optimis rationib.
et fundamentis restituendum Comi-
tem decreuerunt, saluo tamen possesso-
rio et petitorio cuius iustissima sententia
nos executores magis quam decisores q
non tantum oiu statuum noie et sti-
pendijs accersiti sumus, ut ea determi-
nemus q primo ad nos deferente, sed
etiam ut in effectum perducamus, q ipsi
in Comitijs iusta et aequa esse statue-
runt. Eiusdem Camera Imperialis ipsum
Imperatorem et status Imperij repsentare
dubio caret, qua autem fronte Aduo-
catus Ducis affirmare auetet, statuum
Bedauerhaus, non auditis suis Dno statum